

Universitätsbibliothek Paderborn

Summula Casuum Conscientiæ

In Qva Agitvr De Præceptis Ecclesiæ, De Officio Confessarii, Ac De
Censvris

Petrus <a Sancto Josepho>

Coloniæ Agrippinæ, 1652

Articulus V. De aliis suspensionibus contra Episcopos, & iudices
Ecclesiasticos latis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41572

parere non teneatur coram sede Apostolica. At cleri-
ci Prælati inferiori, qui ob dictos fines curant
personam Ecclesiasticam capi, eo ipso beneficiis ob-
tentis sunt priuati.

ARTICVLVS V.

*De aliis suspensionibus contra Episcopos, & iudices
Ecclesiasticos lati.*

XVI. PERSONA Ecclesiastica Episcopo inferior, Ee-
clesiam sibi commissam pro alienis debitissi-
mum, & temporalium, nec nisi facta restituzione pro
damno illato, ab Episcopo absoluui debet.

XVII. Episcopi, & alij Prælati qui subiiciunt laicis
bona immobilia, aut iura Ecclesiarum, absque con-
sensu Capituli, & Speciali summi Pontificis licen-
tia, suspenduntur ab officio, & administratione per
triennium. Vbi nomine officii intelliguntur fun-
ctionestam ordinis quam iurisdictionis. Per ad-
ministrationem vero intelligitur administratio
bonorum beneficiorum, siue generatim omnium, ut verba
censuræ indicare videntur, eum non distinguant;
Quæ eorum tantum quæ Prælatus possidet in ea Eccle-
sia, cui iniuriam intulit, ut quidam probabilius ex-
istimant.

XVIII. Episcopus, vel Abbas alienans bona Eccle-
sia, absque licentia Papæ, aut non seruata forma ex-
trauag. Ambitiosa de rebus Ecclesia non alienandis, à
Paulo II. edita, suspenditur ab ingressu Ecclesie, &
nisi intra sex menses resipuerit, priuatur administra-
tione spirituali, & temporali Ecclesie, vel Monaste-
rii cui præsidet. At si sic Prælatus inferior, non modo
excommunicationem incurrit, sed etiam priuatur
ipso facto beneficiis, & officiis Ecclesiasticis.

XIX. Episcopus, vel Episcopo superior delegatus
à sede

I sede Apostolica, in causa alienationis bonorum Ecclesiasticorum, suspenditur ab executione officii, si per gratiam timo em vel sordes consentit ut bona Ecclesiae alienentur, in damnum illius. Verum haec suspensio non reseruatur Papae: si tamen Episcopus istum, a quo suspensus est, ante obtentam absolutio-
nem exequitur, eo ipso irregularitatem Papae reter-
ratam contrahit.

XX. Episcopi, aliique Praepositi iure ordinario su-
os subditos visitantes, si occasione visitationis a i-
uid accipient, praeter virtualia, duplum infra men-
sum reddere tenentur. Alioqui si sint Patriarchae,
vel Episcopi, interdicuntur ingressu Ecclesiae, si vero
sunt inferiores, ab officio, & beneficio suspendun-
ti.

XXI. Episcopi, & Praepositi Episcopis superioribus, si
tempore praefcripto non accedant ad limina Apo-
stolica, interdicuntur ingressu Ecclesiae, & ab admini-
stratione tam spiritualium, quam temporalium
suspenduntur, nec non a perceptione fructuum sua-
m Ecclesiarum. Hacque suspensio est Papa reser-
vata, etiam si praedicti post tempus elapsum, Romam
contulerint.

XXII. Episcopi, aliique Antistites Episcopis super-
ioribus, qui per se, vel per alios publicant, vel con-
ceant indulgentias, vel facultatem circa casus rese-
ntos, soluentibus certam pecuniae summam, arcen-
t ingressu Ecclesiae, & a perceptione fructuum sus-
penduntur. Et haec pœna reseruantur summo Pontifi-
citate ab his absoluvi nequeant, nisi prævia satisfa-
ctione. Inferiores vero Episcopis, qui prædicta pra-
sent, incurruunt excommunicationem Papae reser-
vata.

XXIII. Archiepiscopus vel Episcopus relaxans in-
stantem incendiariis pœnitentiam; 23. q. 8. c. pessi-
mum, damnum restituere debet, & per annum ab of-
ficio Episcopali suspenditur.

XXIV. Episcopi, aliique Praepositi Episcopis su-
perio-

periores, qui ex odio, gratia, vel amore, aut lucro tē-
porali omitunt procedere contra suspectos, vel dif-
famatos de hæresi, vel qui temere vexant aliquem,
imponendo illi notam, vel suspicione hæresi,
suspenduntur ab officio per triennium. Inferiores
vero excommunicationem Papæ reservatam incur-
runt, ut supra aduertimus.

XXV. Episcopus concubinarius qui non resipiscit,
postquam à Concilio Provinciali monitus fuit, ipso
facto ab officio, & beneficio suspenditur.

XXVI. Episcopi, aliique Prælati sine necessitate
ingredientes Monasteria Monialium, prima vice
interdicuntur ab ingressu Ecclesiæ; secunda, suspen-
duntur à diuinis; tertia, excommunicationem in-
currunt.

XXVII. Episcopi, & iis superioribus qui domos lo-
cant, vel aliter concedunt publicis, suxariis extra-
neis, suspensionem ab officio, & beneficio incurunt;
inferiores vero excommunicantur, & communita-
tes interdicuntur. Et si per mensem obstinate in iis
censuris respectiūe persistent, eorum terræ ipso fa-
cto interdicta manent.

XXVIII. Qui temere sententiam excommunica-
tionis ferunt, absque prævia competenti admoni-
tione, & sine testibus idoneis præsentibus, per quos
monitio probari possit, suspenduntur per mensem
ab ingressu Ecclesiæ. Qui verò aliquam censuram
ferunt sine scriptis, vel sine expressione causæ, vel re-
quisiti non tradunt intra mensem exemplar senten-
tiaz, ab ingressu Ecclesiæ, & à diuinis officiis suspen-
duntur.

XXIX. Conseruatores clericorū, vel regularium E-
piscopis inferiores, à summo Pōtifice ad eorū defen-
sionē constituti, ab officio conseruatoris per annum
suspenduntur, si limites concessæ autoritatis exce-
dant, ita vt licenter de aliis quam de manifestis in-
juriis se intromittant. Et hæc suspensio cum sit lata
ad tempus, summo Pontifici pro eo tempore cense-
sus reservata.

XXX. In-

XXX. I-
lus, qui
men pa-
gratiam
num sul-
dinis qu-

XXXI.
Magister
Doctora-
nitate Po-
litiam, ve-
ritate in
rum Tur-

De

A BBA
du
ordinent
benefici
am Eccl

II. Abt
bus, sine l
annuntiā

III. Rel
ia, Prior
cui quou
nodi loc

ib officie
st Papæ

IV. Pra
mense in
delicta ii
lione ei u
suspensi

XXX. Index Ecclesiasticus Ordinarius, aut delegatus, qui contra conscientiam, & iustitiam in granum partis alterius, in iudicio quicquam facit per gratiam, vel personas, ab executione officii per annum suspenditur, quod intelliget tam de officio Ordinis quam jurisdictionis.

XXXI. Suspenduntur à collatione Doctoratus, sen Magisterii per sex menses, illi, omnes ad quos spectat Doctoratum, vel Magisterium conferre, etiam si dignitate Pontificali præfulgeant, si aliquem ad Doctoratum, vel Magisterium promouent, priusquam iurite in ea solemnitate, ultra tria millia argenteorum Turonensem non expensum.

ARTICVLVS VI.

De suspensionibus ad Religiosos spectantibus.

bns.

I. ABBATÉS, & alii Prælati regales qui concedunt dimissorias clericis secularibus, ut ab aliis ordinentur, suspenduntur per annum ab officio, & beneficio. Et idem dic de Collegiis, & Capitulis etiam Ecclesiam Cathedralium.

II. Abbates conferentes Ordines clericis secularibus, sine licentia eorum Ordinarii suspenduntur per annum à collatione Ordinum.

III. Religiosi præsidentes alicui Monasterio, Ecclesia, Prioratu seu administrationi, si concedant alicui quousmodi iura, redditus, aut possessiones eiusmodi locorum, sine gravi causa, & Prælati consensu, ab officio suspenduntur. Hæc tamen suspensio non est Papæ reseruata.

IV. Prælati Regularium non satisfacientes intramensem, iis qui lèsi fuerunt ab eorum Religiosis, ob delicta in Clementina r. de privilegiis prohibita, si ratione eiusmodi excessuum aliquid ad eos peruenit, suspensionem ab officio, & beneficio incurrit.

L 3

V. Re-